



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De virginibus sacris, quæ propter districtorem vitam ad aliud monasterium
ire disposuerint. xxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

lis. Et non sunt consecrandæ alio tempore, nisi in Epiphania, & albis Paschalibus, & in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis vidente.

Quod desponsatam puellam alijs viro non sit licitum dare, monasterium autem licet eligere si vult. Ca. XIX.

*Ex decr.
Eusebij
papæ, ca.
10.*

Desponsatam puellam non licet parentibus dare alio viro, tamen monasterium licet eligere, si voluerit.

Vt aliquis incognitus, non citò in monasterio monachorum recipiatur. Cap. XX.

*Ex cōcil.
Toletan.
cap. 5.*

Si aliquis incognitus monasteriū ingredi voluerit, triennium monachi habitus ei nō præstetur. Et si intra tres annos, aut seruus, aut libertus, vel colonus quantur à domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium requisitus non fuerit, postea queri non potest, nisi situa longè quod inueniri non possit, sed tantum ea quæ in monasterium adduxit, dominus serui recipiat.

*De clericis qui monachorum propositum appetunt.
Caput XXI.*

*Ex eodē,
cap. 50.*

Clerici qui monachorum propositum appetūt, & mercantiam vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

*De virginibus sacrī, quae propter distictiorem vitam ad aliud monasterium ire disponuerint.
Caput XXII.*

*Ex cōcil.
Triburi.
cap. 11.*

Virgines sacræ, si pro lucro animæ sue, propter distinctiorem vitam ad aliud monasterium pergere dispensarentur, ibidemque commanere decreuerint, synodus concedit. Si vero fuga disciplinæ alium locum quaesierint, dire cogantur.

*Quo estū virgines ad consecrationem venire debeant.
Cap. XXIII.*

*Ex cōcil.
Cartha-
gi. ca. 11.*

Sanctimalis virgo, quum ad consecrationem suo scopo offeratur, in talibus vestibus applicetur, qualibet semper usura est, professioni & sanctimoniae aptis.